

prac. T. IV. P. 1. col. 14. et tandem: *Expliciunt — plene salutaribus misterijs.*

II. fol. 133. Expositio Decalogi sequitur, cujus initium: *Audi israel precepta domini &c. In verbis propositis spiritus sancti circa diuina precepta tria sunt consideranda &c.* Pertinet Tractatus hic ad *Henricum de Vrimarya O. Erem. S. Aug.* ut pluribus actum *Vol. I. P. 2. col. 1547.* et alias. Ad calcem minio: *Explicit expositio X. preceptorum, Autore nulli adpellato.*

CCCLXXXIII.

R. 3304

Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 155. f. maj. caractere luculento magnifice exaratus, rubroque distinctus *B. Gregorii M. XL. Homilias in Evange-*

In Codice

In Explanacione.
Dominus et Salvator.
Pensate Fratres.

Lectio ceterum sincera est, neque perperam in *Hom. I.* verbis: *Scitis, quam frequenter audivimus, additur: et pene cottidie audimus,* quod Editores in suis Codicibus invenisse non videntur.

Suscipe uerba tui presul venerande fidelis.
Suscipiens audi, quod stridet fistula plumbi.
Ipsa sonat raucum, sed pondus habet grauitatis.
Magna legens, maiora videns scrutare minuta.
Nam libet interdum puerorum ludere trocho.
Collige de spinis flores carpando rosarum. &c.

H h h 2

lia II. Libris comprehendit, ut in Edit. Maur. T. I. Paris. 1705. col. 1434. f. Ab hac Editione discrepant in Prologo prolocutus pro ipse locutus, certa enuntiatione pro certa notatione, quo dictatae sunt pro quo dictae sunt, scriptae inveniuntur pro scriptae sunt inveniuntur, quae saltem tanti sunt, quanti lectio recepta. Praeterea συγγεγονος aliquis Prologi principio glossas teutonicas imponere coepit: Exposui irradta vel sageta. dictata giti&ota. notarium scripun. recitata gileranti. explanationem urrechiza. excepta inphangan. emendatione rihtunga puosteti; mox vero illum taeduit. Librum quemvis Homiliarum praecedit Syllabus, ubi observo, Libro priore postremas Homilias ita collocari: XVII. XVIII. XIX.

In Editione

Dominus et Salvator.
Pensate Fratres.
In Explanacione.

Fol. 135. p. 2. Sequitur Carmen παραυετικον de studio Virtutum, Vitiorum fuga, Peccatorum poenis et Justorum praemio, quod infit:

Quis

Quis ille Praeful venerandus?
An Poetae nomen Fidelis? Nihil
de hoc carmine Tritemius, nihil

Ad dextram domini coniungemur uelut agni.

Tunc dabitur precium. Comitando uenite supremum.

Fol. 137. p. 2. Homiliae V. minio D. Hieronymo inscriptae, quarum I. in Festiuitate Sancti Michabelis est e L. III. c. 18. Commentarior. ejus in Matth. a verbis: *Quod saepe monui* &c. ad verba: *feminarum propter angelos.* ut in Edit. Vallars. T. VII. col. 137. II. in Nat. Plurimorum Martyrum init: *Gloriosam et honorabilem lectionem sancti euangelii quem modo ob festiuitatem sanctorum martyrum lecta est fratres karissimi* &c. Exponuntur octo Beatitudines e Matth. c. 5. ita, ut apud nullum Homiletam me legere meminerim. Unde adscribam interpretationem *Et cum sedisset*, quo alii fortasse facilius in notitiam Autoris deveniant: *In ista sede quattuor significantur. id est humilitas christi. Et indicium iudicandi. Et stabilitas eternitatis eius. et humana natiuitas.* III. iterum in Nat. plurimorum. Mart. in illud. Luc. c. 12. *Attendite a fermento* &c. incipit: *Prescius ergo dominus ac saluator noster multos in sancta ecclesia aduentantes perfidos et impios homines* &c. Si paullum legendo progrediaris, in Bedae Commentarium in Lucam c. 52. incidis, ut edit. Colon. T. V. 1688. col. 436. hic in Homiliae formam coaptatum et interpolatum. IV. rursus in Nat. plurimorum. Mart. in illud Luc.

Leyserus adspirat. Et tamen verus numerat 217. quorum extremi:

6. *Descendens Iesus de monte* &c. incipit: *Laudabilis et gloriosa uirtus sanctorum fecit hodie copiosum uestre caritatis esse conuentum.* &c. Etiam in hac Homilia multa delibata sunt e Bedae Comment. cit. c. 21. 22. edit. cit. col. 284. V. in Nat. vnius Martyris. in illud Matth. c. 10. *Qui amat patrem aut matrem* &c. incipit: *Gaudemus dilectissimi (gaudio?) spirituali in beati martyris christi festiuitate quam hodierna die solemniter celebramus* &c. Non ultra 19. lineas progreditur; excidit enim membrana. Ceterum Homiliae hae tam parum Hieronymi sunt, quam parum genuinum earum Compilatorem indicare possum.

Fol. 146. absque omni inscriptione Expositio aliquot Versuum Ezechielis a C. I. v. 22. *Similitudo super Capita animalium* &c. quae incipit: *Haec largiente domino duobus modis exponimus* &c. atque ita Gregorium M. autorem prodit. Pertingit vero, ut T. I. Edit. Maur. a L. I. Homil. VII. n. 18. ad Homil. VIII. n. 24.

Huic Excerpto subiectus est Elenchus Curiarum, Mansorum, Huobarum, Modiorum Frumenti et Carradarum, Ceruise concessarum, ut non dubito, a Coenobio Lunaelacensi, unde Codex ad nos transiit, e quo nomina locorum,

συμβολῶν ad Chorographiam Sec. XIII. adscribam: *Vntlinge. Mitichurspringen. Neubeim. Hevelde. Hest. Tating. Altbeim. Similperc. Tipating. Waginbeim. Stephingen. Awarn. Schachen. Tanperc. Elphawe. Mundvoing. Eichinlob. Wising. Mesindorf. Molbeim. Rabinswanc. Hobenreut. Steindorf. Frosheim. Gralingen. Hettperc. Prunnadir. Zigiheige. Tetting. Chalbub. Witintal. Tancholfing. Megilpab. Hymiltal. Spreide. Hermoting. Fluoter. Vorbach. Tanheim. Chogil. Michilperge. Horborc. Gunzswant. Speche. Rabswant.*

Fol. 149. succedunt Homiletica quaedam in diversa Evangelia depromta e Bedae cum Homiliis, tum Expositionibus, ut leguntur T. V. et VII. edit. *supracit.* non tamen sine interpolatione. Claudit agmen Lectionarium in *Nativitate Sancte Dei Genitricis Mariae*, quod censet *Lectiones VIII.* et incipit: *Adprobate consuetudinis est apud christianos sanctorum patrum dies natalitios observare diligenter.* &c. neque sapit Autorem de antiquioribus. Ad calcem rursus adscripta sunt quaedam de Coenobii possessionibus in *Mallinge, Herlavperge, pabcheim, Vreiling, chevinge, Schapron, Huntfheim* &c.

CCCLXXXIV.

R. 312 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 127. f. min. eleganter exaratus, coloribus distinctus, et singulari forma literarum initialium e picturatis fasciis diversi-

mode plicatis et volutis visendus complectitur S. Gregorii M. Pont. Homilias XL. in Evangelia. Et quidem: *Incipit epistola Sancti Gregorii pape ad Secundinum tauromitanum episcopum. Reverentissimo &c. Inter missarum sollempnia &c. ut edit. Maur. Paris. 1705. T. I. col. 1435. f. legitur tamen hic: sed eandem dubietatem postmodum certa enuntiatione correxi, atque ita Gregorium scripsisse puto pro dubitationem et enotatione vel notatione. Epistolam excipit Elenchus Homiliarii, quod dein indistinctum in Libros II. decurrit praemissa cuius Homiliae Evangelii sui parte. Textus satis accurate cum Editis conspirat. Historiae Chrysaorii, sive Chrysaorii, quod ego nomen e Χρυσος et Aurum confictum crederem, nisi Gregorius addidisset: quem lingua rustica populus Chryserium vocabat, Hom. XII. nobis fol. 24. propria Rubrica gaudet. Ob iter noto, insigne istud magni Pontificis Opus omissum esse ab Hambergero in *Zuverl. Nachr. von den vornehmst. Schriftst. P. III. p. 462.**

CCCLXXXV.

Codex chartaceus lat. Sec. XIV. U. 182 Folior. 252. f. per duas columnas exaratus, rubricis distinctus, et olim datus pro libraria collegiate domus ducalis a Nicolao kyenast de wienna capellano ad Sanctum Hieronymum continet sequentia: I. *Incipit prefatio beati Gregorii pape ad Secundinum Episcopum super quadraginta Omelias.* Ita quidem: